

Ad fin. Anni 1658. (Laud van Huygens)
 (Pek schoffjaar van de Willhem.)

S. P. Legi et relegi saepius Lepidos
 et pios tuos versus, quibus mei Stomachi
 ad alia nauseantis appetitum irritasti,
 quem non sedabis nisi reliqua quae mota
 tua mens uicinit, mecum communicaveris.
 Gratulor tibi domine affinis, tuisque,
 quod bona valetudo tecum in gratiam
 redierit; mea adhuc a me dissentit, et
 quam cruciabile meum vulnus sit, nosse
 te opinor ex uxore aut etiam aliis, Quo,
 nam status meae vitæ is est ut
 ignorari ^{vix} prosit. Meum est impositum
 discrimen fortiter subire, certus de Impera,
 toris mei voluntate qui neminem supra
 vires affligi sinit sed tentationi salutarem
 dat exitum ut eam perferre queamus.
 Ipse me benigne respiciat, ut impletis
 stipendiis hac militia mittar, vel potius
 ut ex inferiore in altiore, ex tristi ac
 dura in lætiores ac feliciores transcribar
 et transferar et velut quodam postli,
 minis ^{expeditus} pure ex hostibus et liberatus ad
 πολιτείας tuam ^{revertar} celeri cursu. Ad hoc te
 pararium et precatorem adhibere oportet

Tuus in ritum veterens

H. de Willhem.